



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 42. Leges contra Idololatriam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

quos ut lucraretur, Presbyteros, Diaconos, & Lectores ejusdem linguæ peritos dedit, & Ecclesiam propriam concessit, quo ipse non nunquam se conferebat, ut iis per interpretem loqueretur. Hoc modo multos ad fidem perduxit. Cum ei fuisset relatum, dari Scythas Nomades, id est, Pastores, & vagos, prope Danubium castra habentes, qui veram Religionem doceri cuperent, viros Apostolicos quæsit, qui illuc missi, felici successu laborarunt. Sciens Marcionitas invenire esse in territorio Cyrensi, ad Episcopum scripsit, exhortans, ut his hæreticis Regionem liberaret, legum Imperialium auxilium offerens. Marcum Diaconum a S. Porphyrio, Episcopo Gavita S. missum, ut Imperatoris præsidium Porph. ap. adversus Paganos obtineret, adjuvit, & Sur. 26. ut templa Deorum in Phœnicia destruerentur, curavit; Monachos zelo plenos Febr. Theod. conquirit, quos Rescriptis Imperatoris V. c. 29. munitos, ad hoc opus perficiendum misit. Attamen non petiit, ut Imperator ad hujus Missionis sumptus quidquam tribueret, sed divites, & piæ fœminæ abundanter necessaria suppeditarunt.

§. XLII.

Leges contra Idololatriam.

Habemus etiam Legem, ab Arcadio latam, tertio Idus Julii, Theodoro Confula- L. 13. C. Theod. de pag. 83 ib. Gothofr.

Sæculum IV.
A. C. 399.

c. 31.

vita S.
Porph. ap.
Sur. 26.
Febr. Theod.
V. c. 29.L. 13. C.
Theod. de
pag. 83 ib.
Gothofr.

Sæculum IV. fulatum gerente, id est 13. Jul. anno 399
A. C. 399.

*L. 2 C. Theo.
 de Maj. &
 ibi Gothofr.*

*L. 15. C. The.
 de pag.*

L. 18. Cod.

*Aug. 18. Civ.
 & ult.*

qua templa Deorum, in campis exstructa
 absque strepitu, & tumultu dirui jubentur, & quia Lex ista ad Eutichianum
 Præfectum Prætorii in Oriente directum
 est, non sine ratione creditur, eam Phoeniciam respicere. Alia lege ejusdem anni, secunda Octobris, spectacula turpia, quæ *Majuma* dicebantur, & maxime in illa Regione exhiberi solebant, prohibentur. Honorius quoque sua ex parte, seu magis Stilico sub ejus Nomine, contra Paganos leges tulit. Tres hoc anno datæ leguntur, una 29. Jan. ad Præfectos Hispaniæ, & quinque Provinciarum Galliæ directæ, quæ non solum Sacrificia prohibet, sed etiam ornamenta statuarum publicarum, nempe earum, quæ in balneis, foris publicis, plateis, aliisque locis visebantur, auferri jubet. Secunda lex Honorii, data 20. Aug. quæ Sacrificiorum, aliarumque ethnicarum superstitionum prohibitionem confirmat, conventus tamen, spectacula, & solemnes epulas permittit. Ea ad Proconsulem Africæ dirigitur, sicut etiam tertia ejusdem ferme temporis, quæ templorum demolitionem prohibet, at Sacrificiorum damnationem ratam habet, & Idola removeri præcipit. Conjectura est, hanc legem conditam esse occasione eorum, quæ Carthagine eodem anno 19. Martii con-

contigerunt; ibi enim Comitum Gau-^{Sæculum IV.}
dentii, & Jovii jussu, falforum Deorum A. C. 399.
templa diruta sunt, & everfa Idola, ex
quo oraculi, a Paganis crediti, falsitas pa-
tuit, Religionem Christianam non ultra
annos 365. duraturam; quippe si non al-
tius, quam ad initium prædicati Evange-
lii redeatur, anni 365. anno 398. exeun-
te, complebantur, juxta calculum S. Au-
gustini, referentis, multos ad fidem con-
versos, postquam oraculi ludibrium in-
tellexerunt.

Celeberrimum omnium Carthagine^{ap. Prosp.}
Templum erat, quod Dea Cælesti, Cy-^{III, de pro-}
bele esse creditur, incolæ consecrave-^{miss. c. 38.}
rant; tunc quidem non destructum, sed
longo tempore clausum fuerat, inutiles
herbæ, & sentes creverant; simplices
Pagani credebant, Dracones, & aspides
hujus Templi custodiæ invigilare. Hoc
populus Christianus in Ecclesiam conse-
crari postulabat, atque Aurelius Episco-
pus eorum desiderio indulgens, illuc Ca-
thedram Episcopalem inferri præcepit.
Tunc Paschalis solemnitas celebrabatur,
aperitur Templum, & purgatur nemine
infestante, in frontispicio magnis litte-
ris scriptum advertunt: *Aurelius Pon-*
tifex dedicavit. Hoc alicujus Pontificis
gentilis nomen fuerat, sed nominis simi-
litudinem in bonum omen populus tra-
xit. Oraculum editum a Dea Cælesti
Pagani

Sæculum IV. Pagani ferebant, quo reparatio cultus sui
A. C. 400. in hoc Templo prædicebatur; contra-
 rium autem accidit, nam post 20. ferme
 annos eversum, & in cœmeterium mu-
 tatum. Circa idem tempus martyrium
 sexaginta Christianorum memorabile est,
 quos Pagani Colonia Suffectensis, quod
 Idolum Herculis dejecissent, & confre-
 gissent, obtruncarunt. Hæc discimus ex
 S. Augustini Epistola, ad seniores hujus
 Coloniae data, qua crudelitatem eorum,
 & legem contemptum exprobrat. Ec-
 clesia hos Martyres 30. Aug. honorat.

*Aug. ep. 50.
al. 267.*

§. XLIII.

Concilium Carthaginense quintum.

tom. 2. Conc. **C**oncilium Africanum adhuc exstat, cu-
p. 1215. jus tempus magis certum est æra Hi-
v. Schostrat. spanica 438. sexto Calendas Junii, id est,
Diff. 3. c. 9. 27. Maji anno 400. Aurelius præfuit,
 sexaginta duo Episcopi cum ipso subscri-
 psere. Quindecim Canones confecti, quo-
c. 1. rum ultimo statuitur, ab Imperatore om-
6. 2. nium reliquiarum Idololatriæ, etiam in
 lucis, & inter arbores abolitionem esse
 petendam. Clerici tanquam testes in
 judicium vocari prohibentur. Clerici
 cujusdam, cujuscunque ordinis Episcopi
 judicio damnati, defensionem nec Eccle-
 sia, quam rexit, suscipiat, nec quicunque
 alius, id est, ut alibi explicatur, petenda
 hac super re ab Imperatoribus Lex erat,
 qua